

Mythologia, Francfort, 1581 - VIII, 20 : De Vesta

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[117\] : De Vesta](#)

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VIII

Ce document est une version augmentée de :

[Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 19 : \[20\] De Vesta](#)

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VIII

[Mythologie, Paris, 1627 - VIII, 21 : De Vesta](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VIII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VIII, 20 : De Veste](#) est une traduction de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Francfort, 1581 - VIII, 20 : De Vesta, 1581

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 14/01/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/6039>

Copier

Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581

ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Paginationp. 907-911

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Vesta](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

ptentionem, modo ad austrum declinat ab ecliptica. Ibi versa est in Deam, quam cornutam finxerūt, cum primam formam recuperasset: quoniam primi omnium mortalium Ægyptij cum oculos in cælum sustulissent, vidissentque cælum, Solem, Lunam, astra perpetuo motu moueri, & plurimum rebus humanis prodesse, à perpetuo cursu Deos vocarunt, atq; Solem & Lunam præcipue diuinis honoribus coluerunt, vt testatur Eusebius lib. 2. præp. euang. & Plat. in Cratylo. Alij fabulā hanc ad humanam vitam, moresq; mortalium exprimendos retorserunt: dixeruntq; Iouem esse hominum parum cordatorum animas: quæ priuū cum Ione coniunctæ in nebula, & è cælo in hæc corpora tenebrarum plena delapsæ, in beluas vertuntur, neq; cupiūt aut diuinitatem summi Dei, aut acceptam immortalitatē speculari. Sic verò mutatae donantur Iunoni, quoniam auaritia & omnium libidinum cumulus homines inuadit, quæ multo etiam plures sunt, quā oculi Argi. paulo post cum maturior ætas aduenerit, mittitur à Ioue Mercurius qui Argum occidat, quoniam ratio libidines deniq; refrēnat, estq; omnium voluptatum sarietas. Deinde æstrus a Iunone immittitur, qui stimulus est conscientia, & rerum præteritarum, etatisq; inutiliter transactæ recordatio. Hæc facit vt intelligamus nos antea toto cælo, vt aiunt, aberrasse, & vt prudentiores facti pristinam hominum formam resumamus, ac Dij immortales deniq; per sanctitatē vitæ, & innocentiam, & iustitiam, & humanitatem in omnes viros bonos efficiamur. Atq; de Ione satis, nunc de Vesta dicamus.

De Vesta.

CAP. XIX.

NEQVE verò Isis solū, sed etiam Vesta ab antiquis terra credita est, quam Saturni & Rheæ filiam esse crediderunt antiqui, vt testatur Diodorus Siculus, & Orpheus in his:

Ἡ δὲ Σάτις ἡ δὲ Ῥαῖα καὶ ἡ Ῥαῖα ἡ δὲ Ῥαῖα.

Filia Saturni Vesta à Regina potentia.

Et libro sexto Fastorum:

Ex Ope Iunonem memorant, Cerevēmq; creatas

Semine Saturni, tertia Vesta fuit.

Quidam, inter quos fuit Posidonius, in libris quibus titulus erat de Heroibus & dæmonibus, senserunt duas fuisse Vestas,

alteram Saturni matrem, quæ vocata fuit etiam Pales, alteram filiam, quæ semper virgo fuit credita. Sed quoniam ad unum nomen omnia referuntur, nulla habita nominum differentia, quid de Vesta senserint antiqui, breviter explicabimus. Dixerunt igitur Vestam esse domorum omnium servatricem, cui rerum omnium primitiæ offerebantur, ut testatur Homerus in hymno:

Ἔστι ἡ πάντων ἐν δόμοισιν ὑψηλοῖσιν
ἀθανάτων τε θεῶν, χαμαὶ ἱερομίτων τ' ἀνθρώπων
Ἰδρὼ αἰεὶ ἐν ἱλαρχεὶ περὶ βῆτι δα τιμῶ,
καὶ λένι χυσαγίρας καὶ τιμῶ. ἢ γὰρ ἄτιρ οὐ
ἡλαπίναι θνητοῖσιν, ἢ ἢ πρῶτη πυμάτη τε
Ἔστι ἡ ἀρχέυδρος πρὶ δὲ μελὸς ἱαίῃσιν.

*Vesta Deumq, hominumq, domos Dea qua colis altæ
Perpetuamq, tenes sedem, qua semper honorem:
Præmia cui data sunt ingentia, te sine nulli
Mortales ænquam celebrant conuiuia lati,
Næ Vesta primum libent prædulcia Vina.*

Nam cum Vesta Saturni filia prima domos extruere invenisset, intra domos ubique pingebatur, quod & domos servaret, & custos esset habitantium, ut testatur huius Posidonius in Hercubus & Daemonibus: ἢ γὰρ ἔστι κρένα θυγάτηρ, πῶ αἰκίας καταρχὴ εὐρείῃ· ἢ τῷ ἱερήματι ἐνικνὶ ἐν τοῖς τῶν οἰκωνόμοις, ἢ καὶ τῆς σωίχει, καὶ φύλαξ ἐστὶ τῶν οἰκόντων. *Vesta* sive *Saturni filia* domum primitiæ invenit, quam etiam in ætænis causa intra domos pingere consueverant, ut & hanc servaret, & custos esset in illis habitantium. Fuit hac ipsa de causa domus etiā Vesta siue ἱεὶα vocata, ut ait Euripides in *Medæ*:

ἦν ἱεὶα σέβω
μέλισσα πάντων, καὶ σωεργὸν ἡλέμω,
ἑκάτλω, μυχεῖται αἶν' ὅρα ἔστι εἰς ἡμῖν.
hanc ego colo

*Pra ceteris Hecatem, mihi, quam ferre opem
Legi: mea Vesta colit namq, intima.*

Mos autem fuit in omnibus sacrificijs ut primitiæ Vestæ offerrentur, ut dictum est: cuius consuetudinis causam huiusmodi adduxit Aristocritus libro secundo: μετὰ γὰρ τὸ καλεῖσθαι πῶ τῶν τεταύτων ἀρχῶν, τὸν αἶα θεῶν αἶν' ὅρα πῶ βασιλείαι, ἢ πρὶ πρὸ ἔστι λαβὴν ὅτι βούλας τὸ πῶ δὲ, πρῶτον μὲν πρὶ πρὶ αἶν' ὅρα.

Διὸς μὲν δὲ πατρὸς, ἀπαρχὰς θυμίωνων αὐτῇ ἡμέρῃ παρὰ τῇ ἀνθρώπων, καὶ μετὰ ταῦτα ἕως τῆς ἐξουσίας οὐ τοῖς ἰσχυροῖς τὰς ἀπαρχὰς ἀπὸ τῶν τῶν θυμίωνων πρώτῃ δὲ ἡμέρᾳ ἔσται. Νῦν posteaquam defecti sunt Titanei, ac vetiti ne susciperent imperium, Iupiterque illud cepisset, optionem dedit Vesta quod vellet capiendi. Hanc primum virginitatem postulasse inquirunt, & post illam, ut primitia omnium, qua sacrificarentur, sibi offerretur ab hominibus. Ita vero postea sanctum est in sacris, ut primum omnium qua sacrificabantur, primitias Vesta offerrent. Istud ipsum innuit etiam Aristoph. in Vespis: ἀμ' ἴνα

ἀπ' ἔστας ἀρχέμενοι ἐπιπύλωται.

A Vesta incipiens ut contundam quempiam.

Fingebatur Vesta esse mulier, quæ sedens coronaretur, circa quam essent multiplicia plantarum blandientiumque animalium genera, ut inquit Hecataeus Milesius in Genealogijs. Enimvero cum duæ essent Vestæ, per antiquiorem Saturni matrem, terram; at per Iuniolem, ignem purum ætheris significarunt, ut testatur Ouid. lib. 6. Fastorum:

Vesta eadem est, & terra: subest & ignis & triq;

Significant sedem terra focusq; suam.

Cum igitur æternus sit ignis æthereus, iure optimo Vesta æterna vocata fuit, ut est apud Horatium lib. 3. Carminum: quam Homerus etiam domos altas Deorum, & perpetuas sedes habere dixit in hymnis. At Orpheus mediam regionem ignis perpetui in his:

ἔσται θύειν ἄτοιο κρῶνι θυγατὶ βασιλῆα,

ἢ μέσσοις ἔχῃ πυρὸς ἀνέσσο μεγίστη.

Filia Saturni Vesta o Regina potentia,

Qua colu æthereæ medium regionis, & ignis.

Atque cum ara esset erecta in Prytæneo, in qua perpetuus & inextinctus ignis asseruabatur, aram illam Pollux Vestam appellavit in his: ἰφ' ὧν δὲ εὐνοῦτο, ἢ πῦρ ἀσκήνυτο, βρομῶς, θυμιατῆρις, ἔσται. ἵνα γὰρ ἦται ἡτοιμάσθαι, ἕως δὲ ἀνκυρώτατα καλῶντι τὸ ἐν πρυτανίῳ, ἰφ' ἧς τὸ πῦρ τὸ ἀσκήνυτον ἀνέσσοι. Super quibus sacrificamus aut ignem accēdimus, altare, acerra, Vesta: nonnulli enim sic appellarunt. sic sanè aptissime illā qua est in Prytæneo, & cæneri, super qua ignis ille per-

petrus ardere solet. At Ovidius lib. 6. Fastorum, flammam ipsam Vestam fuisse appellatam sensit, ut patet in hinc:

Nec tu aliud Vestam, quam Vinam intellige flammam:

Nataq; de flamma corpora nulla vides.

Hanc Deam ignem fuisse ut vel ab initio Romæ præcipua religione cultam, argumento sunt illa quæ ad Vestalium perpetuam virginitatem pertinebāt: quæ, cum omnibus notissima sint, minime nunc explicabo. Cum altera harum Vestarum Saturni fuisset mater, merito vocata fuit antiqua & cana, ut est in lib. 9. Æneid. apud Virgilium:

Affracique larem, & cana penetralia Vesta.

¶ Hanc terram omnino fuisse testatur Plutarch. dec. 8. Sympos. probl. quippe cum inquit mentas antiquorum fuisse rotundas ad similitudinem terræ: quæ cū victum nobis tanquam terra præberent, vocatæ sunt Vestæ. Sed illud etiam manifestius (ut ego quidem arbitror) declaravit Plato in Timæo, cum Deos omnes, elementa scilicet, ac vires cælorum commoveri faciat, solamque terram in medio horum immobilem consistere, ut patet ex his: *ἐμὴ δὲ ἡ μέγας ἡγεμὼν ἐν ἡρώσι τῶν ἰλαίων ἡγεμὼν αἰμα. πῶτες πορεύεται, δ' ἰκκοσμῶν πάντα καὶ ἰταμὴ λέμεθα. ἵππ' δ' ἐπὶ τῆς κρατὶς θιῶν καὶ δ' αἰμόναι, κατὰ δ' ἰσθμὸν μέγας κακοσμημένη, μένδ' ἐκ' εἰς ἐν θιῶν οἶκος μόνος. Magnus sane dux in cælo Iupiter curram agēs volucrum, primum incedit omnia coordinans & curans. Hunc sequitur Deorum daemonumque exercitus in duodecim partes distributus at Vesta sola manet in Deorum domo. Nam cum Iupiter supremus sit Deus, Dij daemonesque reliqui planetæ sunt, & corpora cælestia, ac elementa, quæ intra duodecim partes signiferi omnia continentur. Cum verò primum mobile corpus omnia reliqua secum trahat, idcirco dicti sunt Dij ac daemones volucrum curram sequi, quorum est non parvus exercitus. At sola ex ijs qui Dij habiti sunt, domum immobilis servat Vesta, cum illa terra sit, ut Euripides in his significavit:*

καὶ τὰ αἶμα μῆτις ἐκ' εἰς ἐν οἶκος

ἵππ' δ' ἐπὶ τῆς κρατὶς θιῶν καὶ δ' αἰμόναι.

Parenisq; terra, quam vocant Vestam Viri

Præstantiores confidentem in arbere.

Nam terra sola ex omnibus naturalibus corporibus immobilis existens, in medio totius orbis sublimis, tanquam in aere,

com-

consistit: neq; in aliquam mundi partem magis declinat: quare iure inquit Ouid. lib. 6. Fast.

Terrapila simili nullo fulcimine nixa

Aere subiecto tam graue pendet onus.

Ipsa volubilitas libratum sustinet orbem;

Quique premat partes, angulus omnis abest.

Cum enim tantundem undique distet à cœlo, dicta est sedere in æthere, & nulla re suffulta sustineri. Huic tanquam dæmoni summæ parti ignis præfecto in sacrificijs litabatur odoribus. At cum antiquior Vesta terra esse putaretur, flores utpote illorum feraci matri offerebantur, & far; ut est apud Virgil. libro quinto:

Hæc memorans, cinerem, & sopitos suscitât ignes;

Pergamenumq; larem, & cana penetrat a Vestæ

Farre pio, & plena supplex veneratur acerra.

Vestam omnino Plotinus, alijq; complures, animam terræ esse voluerunt, quæ Ceres etiam aliquando fuit nominata. Alij Vestam esse crediderunt, inter quos fuerunt Platonici, & iæ separatatum formarum, & rerum diuinarum solidum fundamentum: idcirco in omnium Deorum sacrificijs Vestæ primitiæ offerri ab antiquis solebant. Credita fuit altera Vesta Saturni mater, quia cum nondum existeret tempus, in confusa mundi mole terra latuerit: altera filia, quia post cœlum & tempus elementorum corpora summus opifex architectatus est Deus. Cum terra igitur esset omnium propè corporum naturalium fundamentum, meritò mater Deorum etiam fuit ab antiquis appellata, ut testatur Strabo lib. 10. Hanc cōuiuiorum præfectam, & omnium sacrorū primitias capere solitam dixerunt, quia sine terræ muneribus, vel sine calore è cœlo, nulla res nasci potest conuiujs apta. quæ cum omnia ad sacrificia munera producat, meritò omnium illorum primitias capere credita est. Atq; quid Vesta sit, & quòd fuerit ab antiquis culta, cū omnia elementa, elementorumq; vires diuinis nominibus ab antiquis nominarentur, qui nihil Deo vacare putarunt, iam satis explicatum fuit. At nunc de Iride dicatur.

De Iride.

CAP. XX.

IRIS fuit Thaumantis & Electræ filia, sororq; Harpyiarum, veluti testatus est Hesiodus in Theogonia in his: